conceditur abſolui à caſibus de Cęna Dñi.
¶ Paulus.3. Romę apud ſanctũ Marcũ, ãni incarnationis Dominicę milleſimi quingẽteſimi quadrageſimi noni, quinto decimo Kalẽdas Nouẽb. Pontificatus ſui anno quinto decimo, conceſit Prępoſito generali Societatis Ieſu, vt cũ aliquos exfratribus, ſeu ſociis Societatis huiuſmodi in Sarracenorũ, & Paganorũ, aliorũq; infidelium terras, & prouincias remotiſsimas àqbus nõ poteſt adiri Sedes Apoſtolica, miſſerit, poſsit eis, auctoritate Apoſtolica facultatẽ concedere, vt Chriſtianos ibidẽ cõmorantes, confeſsione peccatorum ſuorum audita, & pęnitentia ſalutari iniũcta, eos, & eorum quẽlibet ab õnibus, & ſingulis eorũ peccatis, etiam in Bulla Cęnę Dñi reſeruatis, & à cõſequẽtibus cẽſuris, & pęnis abſoluere. Habetur hoc Breue authẽticũ Mexici apud Ieſuitas, Hanc facultatẽ à Paulo. 3. in perpetuum conceſſam, & à Iulio. 3. confirmatam Romæ apud ſãctum Petrũ die. 22. Octobris ãno Dñi. 1552. pontificatus ſui anno tertio, declarauit, eodemq; tenore confirmauit, & pro potiori cautela denuo conceſsit Gregorius. 13. ãno. 1573. die octauo Septembris, eãq; inſuper extẽdit ad õnes Presbyteros Societa